

Dominicus, filius Petri ducis Candiano, sedit ann. .xiii.

Mineus sedit ann. .i., sed evulsi sunt oculi eius a Petro duce, filio Petri olim ducis Candiani.

Iohannes sedit ann. .xxx.

Valerius sedit ann. .xx.

5

« factam electionem investicionis potestatem committimus, qua ab
« ipso duce accepta, eiusdem suffraganeis consecrandi licenciam
« concedimus. quibus expletis, ad huius sancte Romane ecclesie
« sedem ^(a) ad pallii benedictionem suscipiendam properare iniun-
« gimus ».

10

Hec omnia per privilegii paginam ^(b) duci Beato et cunctis eius
successoribus ^(c) concessit. ad huius rei confirmationem recto, ut
supradictum est, ordine quendam Paulum, cardinalem sancte Ro-
mane ecclesie, facta electione ab ipsis tribunis et nobilibus, qui
cum Beato duce aderant, a prefato ^(d) quoque duce accepta investi- 15
cione, patriarcham consecravit atque cum pallii benedictione in no-
vam Aquileiam cum eis ^(e) remisit. qui sanctissimus patriarcha cor-
pora sanctorum in eisdem nove Aquileie ecclesiis honorifice condi-
vit ^(f); in ecclesia Sancti Vitalis quadraginta et duo martyrum corpora
dignissime ^(g) tumulavit; in ecclesia Sancte Marie corpora sanctorum 20
virginum Eufimie, Dorothee, Tecle et Erasme diligenter collocavit;
corpora autem sanctorum Cancii, Canciani et Cancianille in ecclesia
Sancti Iohannis evangeliste celeberrime composuit ^(f). cumque idem
venerabilis patriarcha ad destructam Aquileiensem civitatem ^(h) cum
populi moltitudine ire disponeret, divina revelatione sibi innotuit, 25
qualiter cives Aquileie sevissimam Longobardorum rabiem in Gra-
dense castrum ⁽ⁱ⁾ fugientes beatissima corpora sanctorum Quirini,
Illari et Taciani et ceterorum secum asportaverunt. hac itaque
revelatione non parum illarescens et translationem eorum scripsit
et natalicii ^(k) diem constituit celebrari ^(l); in octavo die Pentecosten 30
natale quadraginta et duorum ^(m) martirum ⁽ⁿ⁾ instituit, natalicia ^(o)

(a) *Su* ad sedem Romanam ad (b) *Su* decretum (c) *Su* ceteris suis successoribus
(d) *Su* prefato (e) *Su* eisdem feliciter (f) *Su* condidit (g) *Su* devotissime
(h) *Su* civit. Aquilegensis (i) *Su* Gradensem civitatem (k) *Su* eorum seriatim cum
vitis suis in annalibus diligenter conscripsit et natalicii (l) *Su* celebrari instituit
(m) *US Vu M* duo (n) *Su* mart. solemnitate (o) *Su* natalitium autem